

## ALIVD.

**P**latonis apes adiiciunt, & formicas Midæ, sed de Platone cum de eloquentia loquebamur diximus: Midas verò Phryx infans dormiens inuentus est, formicis in os eius tritici grana cogerentibus. Dicissimum futurum aruspices responderunt: ego potius edacissimum respondiſsem. Sed responsum illud fortunæ comprobavit exitus, vt Scriptoribus rerum placet.

## ALIVD.

**Q**uis illa non rideat, quæ bello inter Lacedæmones & Thebanos orto, vtrò citròque nunciata referuntur. Et si enim successibus asserta sunt, nihil tamen ridiculosius dici potest. Cum enim apud Theb. per Bœotios vates sacrificium fieret, Gallos Gallinacios in eo loco sic canere cœpisse aiunt, vt nulla esset intermissio: Augures autem pronunciaſſe, Thebanos haud dubiè victores, ratione addita, quam consultos siluissent: Quod ea scilicet volucris, per naturam victa si leat, victrix canat. Quis iam dubitet, in horum vaticiniis spem habere? Et citatur huiuscemodivauitatis, testis Callisthenes, haud ignobilis Philosophus & auditor.

tor.